

Příloha č.2

SPONZE ABSOLVENTŮ BAKALÁŘSKÉHO STUDIA

FTVS UK

Scholārēs clārissimī, exāminibus, quae ad eōrum, quī baccalāriī nōmen et honōrēs cōnsequī student, doctrīnam explōrandam lēge cōnstitūta sunt, cum laude superātīs, nōs adīstis dēsīderantēs, ut vōs eō honōre in hōc sollemnī cōnsessū ornārēmus.

Prius autem fidēs est danda vōs tāles semper futūrōs, quālēs vōs esse iubet Ūniversitās, cuius membrīs hāc dignitāte adeptā adnumerandī estis, et nōs vōs fore spērāmus.

SPONDĒBITIS IGITUR: (*všichni povstanou*)

PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā baccalāriī gradum ascenderitis, piā perpetuō memoriā habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs,

DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūrōs,

POSTRĒMŌ prūdentiam ērūditiōnemque vestram, ā facultāte praeceptam, facultātis Ūniversitātisque iussa sequentēs, hūmānī generis ūsuī tantum atque hominum bonō adhibitūrōs.

Ergō ego prōmōtor rīte cōnstitūtus vōta vestra dextrā datā probāns vōs ex dēcrēto ordinis meī baccalāriōs creō, creātōs renūntiō omniaque baccalāriī iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.

SPONZE ABSOLVENTŮ MAGISTERSKÉHO STUDIA

FTVS UK

Scholārēs clārissimī, exāminibus, quae ad eōrum, quī magistrī nōmen et honōrēs cōsequī student, doctrīnam explōrandam lēge cōstitutā sunt, cum laude superātīs, nōs adīstis dēsīderantēs, ut vōs eō honōre in hōc sollemnī cōsessū ornārēmus.

Prius autem fidēs est danda vōs tāles semper futūrōs, quālēs vōs esse iubēbit dīgnitās, quam obtinueritis, et nōs vōs fore spērāmus.

SPONDĒBITIS IGITUR: (*všichni povstanou*)

PRĪMUM vōs huius Ūniversitātis, in quā magistrī gradum ascenderit, piam perpetuō memoriā habitūrōs eiusque rēs ac ratiōnēs, quoad poteritis, adiūtūrōs;

DEIN honōrem eum, quem in vōs collātūrus sum, integrum incolumemque servātūrōs studia hūmanitātis et nātūrae impigrō labōre cultūrōs et prōvectūrōs nōn ad vānam captandam glōriam, sed ut vērītās prōpāgētur et lūx eius, quā salūs generis hūmānī continētur, clārīus effulgeat.

HAEC VŌS EX ANIMĪ VESTRĪ SENTENTIĀ SPONDĒBITIS AC POLLICĒB/MINĪ?

Absolventi jednotlivě přísahají na žezlo:

SPONDEŌ AC POLLICEOR

Promotor:

Itaque iam nihil impedit, quōminus honōres, quōs obtinēre cupitis, vōbīs impertiāmus.

Ergō ego prōmōtor rīte cōstitutus vōs ex dēcrēto ordinis meī magistrōs creō, creatōs renūntiō omniaque magistrī iūra ac prīvilēgia in vōs cōnferō. In cuius reī fidem haec diplōmata Ūniversitātis Carolīnae sigillō firmāta vōbīs in manūs trādō.